vasalli et alii qui cum Lodewico marito exiverunt ad
peregrinacionem et ossa secum portaverunt, et
invenientes dominam suam et audienter tam fore
factum, nimium turbati sunt super re gesta tam
flebili et inaudita,[a] et ipsam assumpserunt et cum
ossibus mariti sui in Reynhardisborn deduxerunt.
Ubi Rudolffus de Varila pincerna, cuius pater unus
erat de hiis qui ipsam Elisabeth tulerunt de
Ungaria, et modo fuit in peregrinacione cum
marito, fortissime presente matre et fratribus
et aliis nobilibus corripuit Henricum seniorem
lantgravium de nimio excessu, quem in viduam
fratris relicti commisit, ita quod Henricus et
frater suus Cunradus inceperunt amarissime
flere, veniam ~~veniam~~ a beata Elisabeth postulantes et hoc
emendare promittentes, et sic ipsam ad castrum
Wartpergk secum deduxerunt et valde reverenter
et amabiliter ipsam pertractaverunt. Mortuo — ib. c. 8, 1.
Lodewico lantgravio in passagio, quamvis reli-
querit heredem, tamen puer ~~tres~~ sex annorum.
Et quia Henricus frater suus fuit senior inter
lantgravios tunc viventes, ideo successit in[b]
principatu et cum magna potencia et sapiencia
semper postea rexit. Et primo anno sui regi-
minis, scilicet anno Domini M°CC°XXVIII°, obsedit
castrum Eytersbergk, quod expugnavit et de-
struxit. Eodem anno fratres Predicatores recepe-
runt conventum in Erffordia. || Eodem eciam
anno Lodewicus dux Bavarie, frater domine
Sophie lantgravie, in dolo occisus est a ~~fride~~ Frede-
rico imperatore, a servo cuiusdam gentilis — Cr. S. P. (regis fol. ~~regis~~) ad a. 1231.
regis.

Anno Domini M°CC°XVIII. pridie Nonas Iulii Lo- — Cr. Rein.
dewicus lantgravius gloriose in civitate sua
Ysenach militarem honorem consecutus est.

a) inaudito

b) de delet. et eadem manu repetitur in